Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift



148

Vita Eusta sy abbatis

Ex Jona Monacho.

Ouuk aprilis

sui quinto kal' aprilis. sepultusque est in ecclia sancti marcelli. in monasterio quod ipse construxerat.

Igitur venerabilis Eustasius reuersus ut supius diximus a beato columbano ab italia paterno affectu. et equo iure subditas monachorum recepit cateruas. Euenit autem ut precum necessitate ad regem clotharium pergeret. qui eo tempore in ultimis finibus occeani maris vicinia habitabat. Fuit ergo aperti itineris uia per saltum pagumque bigregium. peruentumque ad quandam uillam chagnerici. quem dudum magister quantisper monuerat uilla uocata pipinisca dicitur. distans ab urbe melduorum circiter miliaria duo. Ibi tunc chagnericus cum coniuge sua leodeuunda nomine xrana et sane mentis femina morabatur. Huius filium chagnoaldum. cuius superius mencionem se habebat. Visum itaque eustasium chagnericus miro gaudio recepit. eratque simul cum patre et matre filia burgundafora. quam ut superius diximus beatus columbanus sacrauerat. Quam pater cum iam desponsasset. et nupcijs aduersus uoluntatem puelle tradi uoluisset. dolore oculorum percussa. et febrium igne succensa est. ut uix uita superis reddi crederet. Hac in extremis anhelis posita. eustasius patrem incipit. dicens sue esse noxe quod hec tantis vreret penis. quia uiri dei interdictum uiolare uellet. At ille dissimulans. vtinam inquit sanitati redderet. et diuinis famularet obsequijs. non se talibus uotis obstare debere aiebat. Accedens itaque ad

voluntatis

stratum puelle scissitatur si sue fuit assensus. quod contra beati benedicti interdictum. post vota celestia rursus iteraret terrena. Ad hec puella testatur se talibus uotis numquam paruisse. vt terrenis celestia commutaret. sed paratam fuisse et esse beati uiri parere preconijs. seque preterea ait uidisse nocte similem fignea uirum. quia ipse esset qui oculorum suorum lumen redderet. vocemque simul audisse dicentem. Quodcumque tibi hic uir dixerit. fac et sanaberis. Infer ergo auribus meis que michi sunt custodienda. et tuis orationibus pelle dolorem a domino illatum. Prostratus itaque humo venerandus uir cum lacrimis dominum postulat. vt pollicitum munus infundat. Surgensque crucem super oculos exprimit. et manu oculos palpando dominum presidium adesse deplorat. Protinus salus secuta est. lumen reddit. febrium ignis fugatur. redditaque sospitati. mater commendat vt a clothario rediens religionis vestibus induat. Cumque pater cerneret sospitati filiam redditam. sponso tradi decernit. pollicitacione pristina cecam obliuionis foueam inserens. Quo puella comperto. credit vnius sodalis consilio cum qua fugam ineat. Cumque illa assensum preberet. felice fuga clam elapsa. ad basilicam beati petri apostolorum principis peruenerunt. Quo pater comperto. post eam furens dirigit pueros. quibus iubet vt apprehensam filiam crudeliter perimant. Pergentes pueri. a sembus ecclie puellam receptam reperiunt. Paulisper morati vt genitoris frangatur ira. comminantur puelle periculum mortis. At illa si me inquit mortem formidare